

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

Nach dem Siege der Flavianer

1 Interfecto Vitellio bellum magis desierat quam pax
2 coeperat. Armati per urbem victores implacabili odio
3 victos consecrabantur: plenae caedibus viae, cruenta
4 fora templaque, passim trucidatis, ut quemque fors ob-
5 tulerat. Ac mox augescente licentia scrutari ac protra-
6 here abditos: si quem procerum habitu et iuventa con-
7 spexerant, obtruncare nullo militum aut populi discri-
8 mine. Quae saevitia recentibus odiis sanguine expleba-
9 tur, dein verterat in avaritiam. Nihil usquam secretum
10 aut clausum sinebant, Vitellianos occultari simulantes.
11 Initium id perfringendarum domuum, vel si resisteretur,
12 causa caedis; nec deerat egentissimus quisque e plebe
13 et pessimi servitiorum prodere ultro dites dominos; alii
14 ab amicis monstrabantur. Ubique lamenta, conclama-
15 tiones et fortuna captae urbis, adeo ut Othoniani Vitel-
16 lianique militis invidiosa antea petulantia desideraretur.
17 Duces partium accendendo civili bello acres, temperan-
18 dae victoriae impares, quippe inter turbas et discordias
19 pessimo cuique plurima vis, pax et quies bonis artibus
20 indigent.
21 Nomen sedemque Caesaris Domitianus acceperat, nondum
22 ad curas intentus, sed stupris et adulteriis filium
23 principis agebat. Civitas pavida et servitio parata
24 occupari redeuntem Tarracina L. Vitellium cum cohor-
25 tibus exstinguere reliqua belli postulabat; praemissi
26 Ariciam equites, agmen legionum intra Bovillas stetit.
27 Nec cunctatus est Vitellius seque et cohortes arbitrio
28 victoris permittere, et miles infelicia arma haud minus
29 ira quam metu abiecit. Longus deditorum ordo saeptus
30 armatis per urbem incessit, nemo supplici vultu, sed
31 tristes et truces et adversum plausus ac lasciviam in-
32 sultantis volgi immobiles. Paucos erumpere ausos circum-
33 iecti pressere; ceteri in custodiam conditi, nihil quisquam
34 locutus indignum, et quamquam inter adversa, salva vir-

- 35 tutis fama. Dein Lucius Vitellius interficitur, par vitiis
36 fratris, in principatu eius vigilantior, nec perinde
37 prosperis socius quam adversis abstractus.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Z.15 **“et fortuna”**: Welche Funktion hat **“et”** innerhalb der Aufzählung?
2. Z.17f. **“accendendo”** und **“temperandae”**: Bestimmen Sie die Casus!